



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sanctissimo Christi Iesv Dei Et Hominis Amore

Le Gaudier, Antoine

Coloniae Agrippinae, 1620

Nonus fructus. Vnio cum Proximo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50572](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50572)

*Nonus fructus. Vnio cum pro-
ximo.*

Præceptum diligendi pro-
ximum propter Deum, diffi-
cilè olim; Christi amor reddit
facillimum. Cùm enim Deus
ipse qui est ratio diligendi, nõ
dum apparuisset mundo, & e-
ius bonitas non ita mundo &
hominibus adhæresceret, dif-
ficile erat propter Deum eos
diligere. at iam postquam De-
us factus est homo, & sua illa
bonitate omnes quodammo-
do homines tanquam sua
membra informauit, suapte
sponte amor noster in Chri-
stum, vt in caput ad omnia
membra pertinet, & ex illo
nisi quid obstet, in omnes

proxi-

proximos diffunditur. Quare ideo etiam dedit mandatum nouum amoris, quia nouo iam iure, nouo vinculo, omnes deuincti sumus in Christo qui vnum omnino sumus in Christo.

Decimus fructus. Zelus animarum.

Multiplici iure fructus, hic è radice amoris Christi enascitur, prout ad varias virtutes spectat. Nam prodit ex amore Dei, quatenus animarum salus pertinet quam maximè ad gloriam Dei, siue vt in hac vita ab omnibus colatur, ameturque, siue vt in altera, æternæ eius gloriæ fiant participes: Cuius amoris DEI